

**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

In Omnes Totivs Anni Dominicas Æstiuas, à Festo Pentecostes vsque ad
Aduentum

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXIX

Dominica Vndecima Post Pentecost.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56259](#)

vehabantur, manibus in cœlos sublati, diis supplices vota facerent, dicere cœpit. *Tacete*
ne dii inferni vos hinc abnauigare sentiant. Si-
gnificare sc̄. volebat, preces impiorū, & ma-
xime superborū, qui inter peccatores reges
sunt ac principes, Deum ad iracundiam pro-
uocare, & eius furorem excutare, non vero
exaudiri, q̄ & Euangelium egregio cōfirmat
Epiphonemate, quia *omnis qui exaltat, hu-*
milabitur, & omnis qui se humiliat e. altabitur.

Eia igitur Christiani, cōsiderate hoc diligen-
tius, & cogitate, quemadmodum aurei
nummi, qui in bilance descendunt, in the-
sauris recōduntur, quiq; vero eleuantur, ex-
truduntur & perfulgus sparguntur, ita quoq;
illos, qui vanâ seſe gloria effterunt, & ceteros
præ fastu & arrogancia aspernantur, reiſci à
Deo ac reprobari, at qui descendunt, ſeſeq;
humiliant in cœlum aſſumi, in quo theſauri
& reconditoria gloriæ ſunt. Difcite ab hac
parabola Christiani, superbiam & insolentiam
apud Deum & homines execrabilem
effe, *Oſibilis Deo & hominibus superbia*, ait Sa-
piens: ac ſolas humilium preces promereri
vt exaudiantur: teſtatur hoc pulchra illa Iu-
dith dicens, *Manuſetorum & humilium ſemper*
z̄ placuit deprecatio, quod factò ipſo Publico-
cauus noſter hodie declarauit.

Ecl. 10.

Jud. 9.

Tu autem summe Deus, qui humiles in-
primis diligis, & superbos detestaris, q̄ illos
amplecteri, hos vero perfequeris, hanc ob-
ſecro virtutem pectoribus noſtriſ inculpe,
illiusq; aduersariam procul ab animo elimi-
na. Tu ſc̄. es, qui ſuperbum Luciferum cælo
exigisti, insolentem Adamum Paradifo pe-
pulisti, arrogantē Nabuchoodonofore in re-
gno & diademate priuasti, fauofum Phariſaum
non exaudisti, & omnes deniq; illos
dignis ſuppliciis caſtigasti, q̄ naturæ limites
egressi, ad vanitatum defertum leceſſerunt.
Tu quoq; summe Deus humilem Abraham
exaltasti, ſimplicē Iacob dilexiſti: pa-
nuum Dauid ad regnum euexiſti, & ſeſe di-
mittente Publicanum iuſtificasti, & ſemper
omniū preces & vota exaudiſti, qui in cor-
de humiliato & animo ſubmiſo te inuocar-
unt. O virtutem votis omnibus expertendā,
& superbiam diris deuouendam, & velis re-
miſque fugienda. Illa ſc̄il. in posterum ani-

mo noſtro dominetur, in actionibus noſtri
verbis ac gestibus refulgeat, ſolam humili-
tatē ſpiremus, nihil omnes actiones noſtri
præferant, nihil animo aliud geſtemus in-
clusum. Ipla ſiquidem virtutum direc̄trix eſt
ac caput, bonorū operum gubernatrix, me-
titorū custos, cœlorū clauigera; ipſa eſt, quæ
luculentum hodierna die Publicano aſſert
triumphum, & extremam Pharisæo infamia,
& eadē ſimul opera nos omnes edocet, ipſa
deniq; virtus, à quo omnis noſtra dependet
beatiſtudo, ad quam SS. nos deducat Trini-
tas Pater & Filius & Spiritus sanctus.

DOMINICA VNDECIMA POST PENTECOST.

Partitio.

- I. De ſeſtem fidei fundamen‐
- II. De fidei & charitate adducentium ſurdum
& mutum.
- III. De manu Dei ipſum tangente.
- IV. De ſurdo ac muco ipſo quo/nam deſignent.
- V. De Janandi à turba abduktione.
- VI. De nōumento turba.
- VII. Turba aliora mysteria ſunt celanda.
- IX. De ingemifcente Iefu.

Adducunt ei ſurdum & mutum, & depre-
cabantur eum, vt imponat illi manum.
Matth. 7.

F I G V R A.

SVMVS ille Dei amicus Dauid cū quo-
dam die vicini ſui vxorem ē ſolario ſeſe
lauantem conſpexiſet, in plurima deinde
peccata letiſera incidenti hinc occaſionem
hauiſit: indignatus itaq; Deus ſurdum eum
& mutum in animo ad dies aliquot reddidit.
Teſtatur ille ſiquidem de ſe, *Ego ſicut ſurdus Psal. 57:*
non audiebam, & ſicut muuis non aperiens os
ſuum. In eandem omnino calamitatem plu-
rimi hodie delabuntur peccatores, quib. ob
infinita, quib. Deum offendere peccata, au-
ditum & lingua ruiſum Deus auferit. Ad vi-
uum hodiernum hoc in Euangeliō expreſſum
legimus, in quo ſurdus quidam qui ſimul &
mutus, Iefu Christo, ad ſanitatē recuperan-
dam

randam offertur. In quo magnum profecto ipse miraculum patrauit; quod ut p dignitate exponamus, Spiritus sancti operem intercessione Deiparæ, imploremus, atque idcirco salutationem illi Angelicam offeramus, dicentes :

AVE MARIA.

I.
Fides septem
mixa fundamen-
tatis.

Præterquam, quod Christiana & Catho-
lica fides, omnium recte sentientiū iudicio,
certa, infallibilis & indubitabilis sit, septem
quoque fundamentis, maioris certitudinis
ergo innixa est, quorum vel minimum &
maxime imbecillum fortius est ac validius,
quam gemini orbes artes & poli. Adeo ut
quicunque magnam illam fidei maiestatem
perspectam habere voluerit, egregiam illam
sapientia domum contempletur, quam se-
ptem Deus columnis innixam voluit, Sapi-
entia adiuvavit sibi dominum, adiuvauit columnas sa-
piem, aut potius sibi proponat magnum illud

Pron. 9.
Apoc. 5.

Apocalypses volumen, septem ligillis mu-
nitum atque intus ac foris conscriptum.

Primum fidei nostræ fundamentum, præ-
dei funda-
mentum. Primum fidei nostræ fundamentum, præ-
dictiones sunt, oracula, atque alia tum Pro-
phetarum, tum aliorum Sanctorum vatici-
nia: nullus quidem fidei articulus est, quem
Prophetæ non prædixerint, nihil autem ipsi
hominibus annuntiarunt, quod non à Deo,
qui prima veritas, prius acceperint, iuxta ea
qua in Actis scribuntur: *Huic omnes Prophetæ
testimenium perhibent: & multo etiam clarius*
in Epistola D. Petri: *Habemus firmiores Pro-
pheticum sermonem, cui beneficitiis attendentis.*
Hoc ipsum intelligentes, quod omnis Prophetia
Scripturarum propria interpretatione non sit. Non
enim voluntate humana allata est aliquando pro-
phetia, sed SS. inspirati locuti sunt fan: i Dei ho-
mines. Cum igitur Deus solus futura norit
contingentia, iuxta illud Isaiae: *Annuntiate
qua veniura sunt, & sciens, quia dii estis.* Se-
quitur, cuncta qua fides nostra complecti-
tur, esse verissima, cum voluntas illa diuina
infallibilis ita Prophetis inspirari, atq; hæc
oracula cum diuinitus inspirati essent, ita
hominibus annuntiando prædixerunt.

2. Fidei
fundamen-
tum. Alterum fidei fundamentum, est ipse S. scri-
pturæ consensus, & apta inter se mutuo har-

monia. Omnes siquidem scriptores Catho-
lici, & imprimis, qui verumq; testamentum
concinnarunt, quis diuersis vixerint temporibus & locis, cum tam apte & congruenter in
multis propositionibus communem naturæ
captu & ordinem excedentibus inter se co-
senserint, affirmati profecto potest, mentem
corum diuinitus fuisse illustratam, & volun-
tatem à prima illa causa, qua Deus est per-
motam, ut huiusmodi in rebus cœnirent,
& illas præter communem hominum op-
tionem velut certissimas afficerent, atq; ita
demonstrari doctrinam illorum esse verissi-
mam. Nam ut Albumasar ait quodā in loco:
*Lex Christianorum veritates affirmat difficiles Lib. 1. Consu-
ad imaginandum, & humanam notitiam trans- mut differ. 4.
gredientes. Adhibet hoc argumentum Augu- Lib. 18. de ci-
stini, quo ceteras hæreses refellat ac confi- uit. Dei.
gat, in quarum auctoribus propagatoribusq;
mera discordia ac perpetua disensione, quoad
opiniones recenter inductas.*

Tertia fidei basis, est ipsa scriptorum Ca-
tholicorum & auctorum sanctorum atq; ho-
nesta vita ratio, ac maturum & diligens eo-
rum que litteris mandarunt, examen. Qualis
enim, obsecro, fuit Moses, Pentateuchi au-
tor? cuius elogium dū texit Ecclesiasticus
ait: *Dilectus Deo & hominibus Moses?* quales
fuere Samuel, Ieremias, viri ad miraculum
vsque sancti, vt qui in vtero matris fuerint
sanctificati? Quales deinde Ioseph, Zacharias,
Ionas, Tobias, Job, Daniel, Apostoli, homi-
num reges, & homines regum? quis dicere
audeat vanos inductos gloria & ambiti-
one sua conscripsisse, cum omnes ad unum
protestentur: *Ecceno, reliquimus omnia?* quis Matth. 9.
illlos falsitatis aut mendacii arguat? cum &
ipsi impostoribus ora obturent, eoq; con-
vincant, & aperi dicant: *Perdes omnes quilo- psal. 5.
quoniam mendacum.* Adhæc quā diligenter
Scriptura sancta a Patribus excussa & ex-
aminata fuit, quam profecto, nisi à Spiritu S.
dictata fuisse cognouissent, nunquam ad-
misissent aut receperissent.

Quartum propugnaculum est hoc: *Quid-
quid fides Christiana cōrnet, tum quoad ea
qua credenda præponit, tum vero quoad ea
qua fieri præcipit, rationi contentaneū, ho-
nestum & cōgruum est: qualia sunt, bonum*

3. Fidei
fundamen-
tum.

4. Fidei
fundamen-
tum.

facere, & malum fugere, virtutem amplecti, vitium detestari, nihil in alium committere quod nolumus in nos commisimus, ex toto animo & mente Deum diligere, & proximum ut nos ipsos. Denique lex est, cui nihil obici queat, de qua hocce Psalmographi habemus testimonium: *Lex Domini immaculata convertens animas.* Nihil siquidem virtute honestius, nihil iustitiae rationi & æquitati convenientius. Lex autem & fides, quam teneamus aliud non præcipiunt quam virtutem, ut nos iustos & sanctos efficiat, & iustitiam, ut beatitudinis nos capaces reddat.

5. Fidei Quintum fidei fulcrum est iniusta martyrum constantia & fortitudo insuperabilis. Non mediocriter quippe fides nostra stabilitur tot martyrum testimonio, qui eandem non verbis modo a scriptis, sed proprii sanguinis effusione vitaque amissione, mirabili quadam tolerantia, & heroica & infraacta constantia, confirmarunt. Cum vero iuxta Hieronymum, martyrum non hominem sapiat, sed quid homine maius sit; nunquam profecto generosi illi pugiles & athleta invicti, tot tormenta perferre potuissent, nisi diuinitus illis auxilium datum esset, velut rei iustissima testibus, & fidei verissimæ propagatoribus. Hoc etiam confirmare potest ingens martyrum virtusque sexus multitudine, ut S. Hieronymus dicere non vereatur, nullum in totius anni decursu reperi diem, exceptis Kalendis Ianuariis, quo non quinque enumerare Ecclesia martyrum possit millia. His adde mortem & passionem tot insignium & illustrium virorum, quales fuerunt Apostolus Paulus, Dionysius, Iustinus, Cyprianus & Isidorus.

6. Fidei Sexta fidei nostra basis, & eiusdem robur fundamen- est non facta perseverantia: multos illa qui ipse insultus & persecutions varias pertulit, tum ab infidelibus & ethniciis Imp. Nero, Domitiano, Traiano, Antonino, Seuero Decio, Valeriano, Diocletiano, Maximino, aliquique plurimis, tum vero vel maxime ab hereticis, Atro Nestorio Pelagio, Manete, Euthychete, Apollinare, Berengario, Ioanne Hus, Lutero, Melanchthon, Zwinglio, Oecolomadio, Caluino, & pluribus aliis: nihilominus infraacta semper permanxit, &

victoria caput extulit, quod profecto euidens & apertum est argumentum, quo evincit queat, à Deo illam cœpsisse, ac filius Dei opus esse; quo argumēto Gamaliel vius est ad legem Christianam excutiendam: *Si ex agor. 5. hominibus erit consilium hoc aut opus, dissoluetur se vero ex Deo est, non poterit dissoluer illud.*

Septimum & ultimum fidei nostræ firmatum est miraculorum virtus & efficacia: fundamentum Miracula siquidem quæ Christus in Novo cum Testamento in fidei nostræ confirmationem præsttit evidens & luculentum sunt integratis ac sinceritatis symboli nostri argumentū. Hinc Iudeus Christus in Euangeliō Ioannis dicebat: *Opera quæ ego feci, testimoniū p̄hibuit de me.* & apud Matthæum discipulos Ioannis Baptista in fide confirmare volens ait: *Euntes renuntiate sciamini. quia audiūt & vidētis, eascū vident, claudi amulant.* Occasionem hinc accepit D. Thom. dicens, miracula Christi esse ad fidem nostram confirmandam quam maxime sufficientia: primo propter corum speciem, quod omnē potestatem virtutis creatæ excedenter, ac proinde nonnisi à potentia quadam pure diuina fieri posuisse, quod etiam confirmavit cæcus ille in Euangeliō, cui Dominus oculorum visum restituit dicens: *A seculo non est Ioan. 9. audītum, quod quis aperuerit oculos cæci nati.* *Nisi esset hic à Deo, non poterat facere quidquam.* Secundo propter modū quo facta sunt, nam propria eadem virtute præstabat, non vero superiore aliquam potentiam in auxilium inuocando, ut fecere olim Moses, Elias, Eli-sæus, & alii. Miracula igitur doctrinam illius satis adiudicabant, quod admirantes Iudæi dicebant: *Quānam doctrinā hac noua: quia in potestate spirituibus immundis imperat, & obediunt ei?* Et in hodierno Euangeliō videntes surdum & mutum & aurium & linguæ vñ donari, præ stupore & admiratione clamant: *Bene omnia fecit & surdos fecit audire, & mutos loqui.* Historian refert Marcus, quam ut vestro cum fructu exponam, primo loco de fredo & muto loquar, ac deinde quas in eius sanitate danda Saluator adhibuerit ceremonias recensebo, ac præcipuas miraculi circumstantias aperiām.

Principio igitur, antequam in altum pro-
p̄chamur,

uehamur, obiter ac velut per transennam di-
cam, Dominum, cum in mundum venisset,
vt aliquod diuinitatis suae specimen ederet,
ac verum se & perfectum omnis naturae re-
paratorem ostenderet, mirabilia interdum
& inusitata sanitatum genera, ab humana
potentia & communia operandi modo dis-
crepanzia, edidisse, vt ita ad oculum patesce-
ret diuina potentia, quam in se ob vniuersam
hypostaticam habebat. Quod igitur hodie
opus Euangelista describit, inter cetera dia-
gnom est vt homines admirarentur.

Christus igitur, cum in Decapoleos regio-
nem (hoc nomine appellatam, quod decem,
testa Hieronymo, cōpletū eretur urbes) ve-
nisset, regionis incolæ obtulerunt ei surdum
simul & mutum, vt ad uobis his cum libera-
ret morbis, hoc vero vt faceret vota preces
que incolarum eum adurgabant, illius nem-
pe condolebant miseria, & ad summum il-
lum & peritisimum accedentes medicum,
enixissime deprecabantur, vt vel manus eum
tangeret, sperantes certissime hoc illum ta-
ctu sanitati restitutum iri. *Adducunt ei sur-
dum & mutum, & deprecabantur eum, vt im-
ponat illi manum.* Credit Theophylactus
hunc non fuisse surdum & mutum a nativitate
& matris utero, nec casu aliquo inusita-
to auditum & loquaciam amisi, sed diaboli
nequitas in hoc se morbos incidisse. Eiusdem
opinoris quoque est Euthymius, & cre-
dit hunc dæmoniacum fuisse. Sed ytriusque
opinio non usque adeo placet, vt pote tenui
innixa fundamento. Si enim hoc verum
esset, hoc Euangelista silentio non præteri-
set, cum ad miraculipendorem non parum
conducat.

Beda & Eusebius emissent corundem
proxime vestigia insistentes, & dæmonia-
cum hunc accurati examinantes, ac vide-
tes eum surdum & simul mutum esse, auer-
diabolum hos vt plurimū effecetus in anima
producere, aures namque inuadit, ne quis
verbum Dei percipias, quod concionatores
proponunt: deinde & linguam, ne peccata
confiteatur, aut diuinæ laudes deprecetur.
Quidquid demum sit, ait non esse eandem
historiam, quam Matthæi cap. 9. Luc. cap. 11.
legere est; illis enim locis mutus, vt dæmo-

niacus describitur, hic vero solum modo di-
citur, mutum & surdum ad Christum addu-
ctum fuisse.

II.

Adducunt ei surdum & mutum. In quo in-
signem erga proximum charitatem & beni-
gnitatem noto, simul & dilectionis affectum
quo de alterius bono solliciti sumus ac salu-
te, quod magnis per vniuersam scripturam
encomis celebratum video, cuiusq; sanctos o-
mnes ad stupore vsq; studiosos fuisse com-
perio: & imprimis Mose, quem licet Basilis
laudet, quod quadraginta annorum spa-
tio socii iuri Iethro gregem paucit, prius
quam in Aegypti populi regimen suscep-
rus descendenter, maiori tamen dignus est
præconio, quod Hebraeorum conserua-
tis fuerit studiosissimus, quod studiū re ipsa
ostendit, cū populo Deus ob admissam ido-
lolatriam exterminium comminaretur, di-
cens: *Aut dimittet filiu hanc noxam, aut si non Exod. 32..*
faciat, dele me libro tuo quem scripsisti, quasi di-
ceret: Malum ipse perdi, quam vt populus
hic perdatur. Ecce zelum salutis proximi.

Non minorem profecto laudem meretur
Patriarcha Abraham, ob egregium in Pen-
tapolin affectum: auditu namq; Deum can-
dem statuisse exercere, commiseratione ar-
pietate motus Deo supplex factus ait: *Nun- Gen. 18..*
quid perdes iustum cum impi: abist a te vt facias
hanc rim: non est hoc tuum, qui iudicau omnem
terram: nequaquam facies iudicium hoc, scie-
bat quidem iustos immunes fore & impune
habituros, sed hoc locutionis genere vslus
est, vt & impii iustorum respectu sententiae
condemnatoria fulmine eripiantur. Est ni-
mirum proximi amor eiusque salutis deside-
rium, quo commotus eos conseruari cupit.

Quam regia Regis Davidis oratio est, qui Zelus Da-
vidi in leprosum a subditis admissorum uidis erga
sponsorem & vadem præstat, & ad diuinæ subditos
instituit ad vindictam in subditos exercere
parte iustus, sanguineos licet ac præduros,
excipiendos, humeros præbet; dicit igitur
ad Deum suum delictum exaggerans: *Exo. 2. Reg. 25..*
sum qui peccavi, ego qui inique igit: tibi qui enes-
sunt, quid fecerunt? iuratur, obsecro, n anus
ua contra me. Sciebar pius rex, peccatoribus
& peccatis regnum scatere, sed, quo impi
conseruentur, & impune habeant, in se Dei
iram

iram ciet, & populi delicta in caput suum
detroquet.

**Idem Pauli
Apostoli.**

An non obseruasti unquam genuinum illum & Christianum Pauli Apostoli in Iudaeos affectum, affectum, inquam, astutam, incensum ac vere immensum, quo inflammatus anathema esse coram Deo malebat, quam ut diuinæ iustitiae flagellum in fratres descenderet? vix crederem, Auditores, nisi eiusdem è verbis aperte id colligere liceret; Optime, inquit, anathema esse à Christo, pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem. Piuari ecce mauli gaudiis, ac deliciis quas è dulci Christi conuersatione percipiebat, quam ut inimici, qui in illius necem confirauerant, à Deo reuicerentur, & pro meritis punirentur.

Rom. 9.

Ioan. 5.

Christus postquam paralytico membrorum usum conceperet & Iudei illum ut sabbathi violatorem ac festorum profanatorem traducerent, quo hanc à se calumniam depelleret, suamque innocentiam testamat faceret, ait: *Pater meus usque modo operatur, et ego operor.* Id est, eadem in sabbathio in terris ago, quæ pater in cœlo, qui nimis hominibus auxiliatur, quotidie eorum salutem incubit, necessitates in humeros sumit, iis in periculis & grauibus casibus succurrerit. Dicta sunt haec hactenus illorum occasione, quos Euangelista ait, surdum & mutum ad Christum adduxisse, eumque orasse, ut eum vel manu tangeret. E quo eorum benignitatem & fidem colligere est.

Viuæ fidei exemplum. Adducunt ei surdum & mutum. Egregium & ardentis fidei viuæ, & per charitatem operantis exemplum, qua credunt firmiter, Christum misero huic posse succurrere fidei, inquam, Christi potentiam adeo efficacem esse docentis, ut vel solo contactu ægros sanare queat. Insignis namque fidei actus fuit, credere, Dominum, marum tantum admouendo ægris opitulari posse: fuit simul & charitatis ac misericordiae argumentum, ægri curam suscipere, eumque ad cœlestem medicū sanitatis recuperandæ ergo, adducere.

2. Fundamenta fidei bus innituntur fundamentis, iisque notatu & charitatis dignis: primo, magna existimationi quam

de Christo & ipsi conceperant, & per omnia eorum, qui celebratam loca inaudierant, qua illius negotiis, clementia, & in miseros propensio adducunt. dilaudabatur, vt qui eorum ad se confugientium neminem indonatum remitteret, neminem voto frustraret, nemo de illius conqueri possit inhumanitate aut ingratitudine; deinde, evidentibus miraculis, quæ illum mirabiliter quadam ratione parasse nouerant, quæque vniuersa Iudea extolleret ac decantaret; duabus hisce basibus tam sole & infrae fides eorum innititur, nihil ut esse credant, quod non impetrant, si biique persuadent, si tanta ubique locorum medicus hic miracula ediderit, & alia posse facere.

Notandum hic est, fidem donum Dei est. Fides Dei se & gratiam datam coelitus: ita quippe dicit Apostolus: *Gratia salutis est per fidem,* & Ephes. hoc non ex voluntate, Dei enim donum est. Et alio loco: *Vixiunque dixi Deus mensuram fidis.* Rom. 11. Et Ioannes in Euangeliō: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit eum:* quem locum Patres, Augustinus, Chrysostomus, aliqui, de fide exponunt, & hoc modo: Nemo in Christum credere potest, nisi cui Deus fidem dederit, hinc in Actis legimus, Paulus & Barnaba Antiochia concionantibus: *Credidisse quocumque erant præordinationem à Deo,* cui fundamento Scholastici innitentes Theologi dixerunt fidem esse virtutem quandam infusam; & est reuera infusa, non vero merito aliquo impetrata, quod allegoris biblicis iam confirmabo.

Stella quæ in Oriente nato Messia apparet, Magos è löginqvis regionibus in Bethleem adoraturos, & munera oblaturos deduxit, non fuit aliqua de numero earum, quæ in firmamento fixæ sunt, aut errantium quas planetas dicinius, sed nouumquoddam astrum ab omnipotente extra creationis communis ordinem in aerea regione efformatum, quod Magos in itinere conduceret. Allegorice hoc ut exponam, dico, fidem *In signis al.* quæ stella est in vita nostræ oriente apparet, & eodem quo Christus in animo nascitur tempore, exortans, & quæ generosos & regios illos animos ad Christum in Ecclesia adorandum muneribusque honorandum

dum adducit, non esse virtutem quandam communem, nec de earum numero quas dicimus morales aut humanas, sed facultam quandam nouam gratiam coelitus datam, virtutem penitus diuinam, & donum praeter merita nobis a Patre misericordiarum concessum, quod in caligine & tenebris vita huius deducat & conducat. Huius fortasse figura fuit nubes illa ignea, qua Hebreis Aegypto egressi per deferrum itineris se dum præbebat.

Exod. 13. Isaac Patriarcha Rebekam iuxorē daturus inaures & armillas, velut sponsalitiam largitatem & conceptæ fidei arras, ei dedit, *Potquam autem biberunt camelī p otulit vir inaures aureas appendentes sic os duos & armillas totidem pondo sicciorum decem.* Qui mysterium hoc accuratius excutere voluerit, inueniet hic designatum, Deum cuius vea Isaac immago erat, magno erga animas nostras, quas Rebecca denotat, amore incensum, cum per baptismum easdem sibi desponderet, & in coniuges adoptat, armillas & inaures aureas, id est, fidem per bona opera operantem, aliasque virtutes plurimas, in spiritualis matrimonii arrhas illis tradere. Testis huiusc coniugii *Ose. 1.* adest Oseas & ait, *Sponsabo te mihi in fide, & Rom. 10.* Apostolus, *Fides ex auditu.* Ecce matrimonium inaurem.

1. Reg. 5. Columnæ marmoreæ & lignæ trabes & tigna, quæ Salomon templo suo inseruit, in regno Israel non excruerat, sed aliunde eadem adtebantur, Libanus quippe mons arbores subministravit, & lapidicinæ Hiram regis marmora & lapides. Itaq. *Hiram habebat Salomon: ligna cedri ma, & ligna abiegnæ iuxta omnem solvantatem eius.* Templum porro exstruit anima nostra, cuius altare, cor est, laudum diuinarum præconia, sacrificia, columnæ & bases, quibus inicitur, fides, spes, charitas, quibus tota ædifici moles innititur, quamvis in naturæ agro & humanorum mortitorum territorio eadem non excrescant, sed cœlitus dantur. Dei donum sunt & gratia extrinsecus aduecta: ac præterum fides, quæ ideo virtus infusa dicitur, & qualitas quædam supernaturalis.

Insigne documentum in proximi rebus administrandis & procurando. Notate hic zelum animorum, ac sedulam

tandis sollicitudinem, ac præsertim cum in q̄ ab necessitate est, ciusq; res in exitium vergut. Euangilio Insignis profecto schola in qua docemur, colligitur, bene confundendo, & sapienter admonendo, omnes qui a vero vita tramite deuant, & a via iustitiae deflectunt ad Christum adducere, aut saltem diligentissime precibus & orationibus eidem commendare. Offerendi Christo sunt surdi, id est, peccatores qui auribus carent, quo de rebus ad salutem pertinentibus admonentes audiant nec diuinæ iustitiae fulmina in aures admittant. Offerendi quoque sunt muti, qui ore carent ad diuinæ laudes decantandas, & lingua, ad Deum invocandum, loquela, ad delicta confitenda, & orandum ut eadem diuinæ clementiæ suæ manu tangat: ipsa caritas & exemplum horum eoden nos invitat, quibus satis non est surdum & mutum ad Christum adducere, sed eum etiam precantur, ut manu tangere dignetur. *Et deprecantur eum, ut imponat illi manum.*

Proponite vobis hic, obsecro, duas summo illi Deo manus esse, quib. homines tangere consuevit, eas inquam manus, de quib. ingētes habent. Psalmista, *Misericordiam & iudicium cantabo* *Deus duas manus.* Domine. Prima igitur ipsa iustitia est, quæ *psal. 100.* manus adeo grauis & rigida est, ut patientia speculum Job eandem in tergo suo expertus exclamat & opem inclamat, *Miseremini mei, Job. 19.* *mi, et minimes, saltem et os amici mei, quia manus Domini. et igit me.* Alio item loco ardenter supplicat, ne manus hæc ipsum feriat, imo ne accedat quidem, *Manum tuam, inquit, Job. 13.* *et fac a me, & formido tua non me terreat.* De hac ipsa locutus quoq; videtur Psaltes, dum ait, *I. ueniat manu tua omnibus inimicis tuis.* *psal. 2. 0.* Ide est, vindicem iustitiae tuæ manum Domine sentiant inimici, Turcae, Ethnici, Hæretici, non vero nos, qui fidi tibi sumus & charifissimi. Alia vero manus, est misericordia, de qua mystice locutum credo Psalmographus, dicentem, *Emitte manum tuam de illo, & eripe psal. 143.* *me de aqua mulia.* Hauc porro manum rogamus Deum ut imponat tot peccatoribus quibus nec lingua nec aures sunt.

Vt imponat illi manus. Deprecabantur hi Dominum, ut surdum hunc tangaret, tum quod scirent illum manum impositione pluri-

plurimos & gros sanasse, de quibus Marc. i.
5. Matth. 8. 9. 19. & Luc. 13. tum vero quod
Prophetæ ac cæteri Sancti Vet. Testamenti
manus & gris imponerent, atque ita persan-
gent quod nec ethnici & gentiles ignorau-
re. Video enim in Regum libris Naamanum
irasci, aut quasi de recuperanda sanitate du-
bitare, quod Prophetæ manus illi non impo-
suisset. *Iratus Naaman recedebat dicens, puta-
bam quod egrederetur ad me, & si ans inu: caret
nomen Domini Dei sui, & tangerit manus sua lo-
cum lepra & curaret.* Adeo ut tum se sanitati
restitutum iri crederet, cum manum sibi vi-
deret imponi, vt & hi Euangelici deprecabā-
tur eum, ut imponat illis manum.

4. Reg. 5.

O mysteria, & res admirabiles! resne adeo
gravis & tanti ponderis, vt tota Dei requi-
ratur manus: ut mundum conderet, digitis
tantum opus fuit, *Quoniam video cœlo: tuos,
opera digitorum tuorum.* Tres quoq; potentiae
illius digitii totam terræ machinam sustentant
& librant. *Quis appendit tribus digitis molem
terra?* quin & ipsa digitorum vilio regibus
potentissimis palloreni & metum incutit, *In
eadem hora apparuerunt digiti, &c. tunc facit
regis commutata est,* & cogitationes eius contur-
babant eum. Denique in digitorum illius po-
tentia demona fugantur, *Porro si in dito Dei
eiicio demonia & ut surdum & mutum sanct,*
tota depositur manus. Credebat centurio
vocem & verbum unicum ad paralyticum ser-
uo salutem reddendam sufficere: *Dicit tantum
verbo, & sanabitur puer m uis:* & hi ut surdo
auditus restituantur, integrum manum depo-
scunt; ostendere scilicet conantur, animæ
surditatem perdifficilem esse, eiusque salu-
tem & ager admodum recuperari

IV.

Psal. 8.

Isa. 40.

*Et reuera non mediocre afferre animæ
periculum solet auribus & lingua destitutu-
esse, tum ad vocem Dei exaudiendam, tum
vero ad mirabilia illius deprehendenda. Vnde
evidens reprobationis argumentum colligi
potest. In huius rei confirmationem olim
cautum fuit, ut quicunque victimam Deo
Levit. 22. voulisset, ea aurita esset & caudata, *Bonem &
ouem, aure & cauda amputatis voluntarie offer-
re potes, votum autem ex his solvi non potest.**

Hoc autem mysterio denotatur, vota, ora-
tiones, laudes & sacrificia illorum Deo dif-
ficiuntur, & ut si inimici noster, & aper-
tum inter utrumque bellum consurgere:
Non est salua ipsi in Deo eius, i.e. Detestatur & Psa. 13;
reicit a se illos Deus, quorum esse solebat
spes & refugium, ut ne vocem quidem illis
concedat ad orandum, nec victimas, ad nu-
men placandum, nec aures ad audiendum.
Quam ergo cheu! est miserum, hisce me-
diis destitutum esse! at portius quam deplo-
randum; nec audire, nec loqui posse!

plicere, qui ad bonum surdi sunt, & auribus
ad diuinam vocem & voluntate percipien-
dam, carent.

Quantum Deus bone malum, nec audire
nec loqui posse! ô tristis & funesta captiu-
tas, qua auditus & lingua compedita sunt!
ceterum diaboli hoc feritati ac tyrannidi a-
scribendum est, qui animas iis priuat sensi-
bus & mediis, per quæ in afflictionibus &
morbis iuvari & curari possint, qualia sunt
vocem Dei audire, ac preces ad eum funde-
re. Inter ceteras clades Iob, quibus eum Sa-
tan ad desperationem cogere volebat, illa
in primis eminebat, quod Deo offerre victi-
mas, cumq; sacrificio placabile sibi reddere
nō posset fulmine omnes illius oves extin-
guendo, non vero camelos, boues, & asinas,
credebat siquidem hac se se ratione inge-
arem illi cladem afferre & nocere quam ma-
xime, quod viam omnem, qua tum votis,
tum sacrificiis Deum sibi redderet propitiū,
interclusit.

Huc spectat, quod Iude proditori olim
imprecatus est David, cum orationem quæ
solidum afflictionū & miserorum in aduersis
refugium & asylum est; in peccatum & cō-
demnationem cedere postulat, *Oratio eius psal. 103,
fiat in peccatum.* Id est, nō modo scelestus hic
& perfidus sicarius nihil petitorum obtine-
at, sed oratio occasio sit, quo plura in caput
illius redundent mala. Idem quoque habet
in proverbiis Salomon, & aperte profitetur,
victimas & preces scelestorum Deo disipli-
cere quam maxime, *Victima impiorum abomi-
navilis.* Plura in hanc rem habet Psalmista,
credit n. animam à Deo derelictam, nullum
ab eodem sperare auxiliū, nec ad illum, nec
ad quemquam mortalium confugere opis
impetranda gratia posse, & qui prius amici
eius erant, iuratissimos fieri inimicos, & a-
pertum inter utrumque bellum consurgere:
Non est salua ipsi in Deo eius, i.e. Detestatur & Psa. 13;
reicit a se illos Deus, quorum esse solebat
spes & refugium, ut ne vocem quidem illis
concedat ad orandum, nec victimas, ad nu-
men placandum, nec aures ad audiendum.
Quam ergo cheu! est miserum, hisce me-
diis destitutum esse! at portius quam deplo-
randum; nec audire, nec loqui posse!

Hebrei

Exod. 32. Hebrei Aaroni cum dicerent, *Surge, fac nobis Deos, qui nos precedant*: hac illis ratione respondit, *Tollite inauras aureas de sexorum filiorumq[ue] & filiarum vestiarum auribus, & adferte ad me*, res profecto quam satis admirari

Allegoria. nequeo: non enim postulat torques, monilia, brachialia, & alia, quib[us] fortasse plus auratur. Diuina id crediderim permissione factum, ut hinc colligatur, homines sepius quod verbum Domini audire detestantur, eiusque voluntati obliuctantur, fidem amittere, in idolatriam delabi, & infinitorum se criminum reos constituere. Noxia igitur animæ pestis est surditas, at mutum esse, non inferior. Hic vero miser vtroque laborabat malo. *adducunt ei surdum & mutum.*

Mutu esse
ēgraua sit.
Crediderim hunc non penitus mutum fuisse, sed, quia lingua illi compedita, difficulter admodum loqui potuisse. Hoc ut sentiā, textus Græcus inuitat, qui loco *mutum* legit *μορθαλητον*, id est, qui vix loqueretur, & linguam haberet impeditam: statim enim subiectitur, & loquebatur recte. Drei veritate quidquid sit non labore, attamen deplorandum est & miserum loqueland perdidisse, quod in summo vitæ ac salutis discrimine hominem constitutum: sine lingua enim nemo confiteri poterit peccata, sine confessione vero nemo peccatorum speret veniam, nemos salutem aut gratiam sibi datum iri persuadeat, audite quid in hanc rem suggerat Sapiens, *Qui abscondit sceleras suas, non dirigitur qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequitur.* Dauid rex cum vidisset quantum vocis & loquelæ defecctus ei detrimentum attulissent, ait, *Quoniam tacui, interauerunt ossa mea, dum clamarem tota die.* Id est, *Quoniam linguax fui ad tñtendū, ad calumpniam, ad proximi famam denigrandam, mutus vero in Deo orando, & peccatis eidem confessione aperiendis, ossa mea velut præ senectute inoleuerunt & decocta sunt.* Ceterum per ossa virtutes intellegit, quemadmodum & caro in sacris litteris pro peccato accipitur: atque hoc modo intelligenda sunt verba hec Psalmi tricesimi quarti: *Omnia ossa mea dicunt ibi, Domine quæ simili sunt tibi.* Non loquuntur ossa, sed virtutes ipsæ, quæ Deum deprædicant, quæ

Pron. 18. *Sapiens, Qui abscondit sceleras suas, non dirigitur qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequitur.* Dauid rex cum vidisset quantum vocis & loquelæ defecctus ei detrimentum attulissent, ait, *Quoniam tacui, interauerunt ossa mea, dum clamarem tota die.* Id est, *Quoniam linguax fui ad tñtendū, ad calumpniam, ad proximi famam denigrandam, mutus vero in Deo orando, & peccatis eidem confessione aperiendis, ossa mea velut præ senectute inoleuerunt & decocta sunt.* Ceterum per ossa virtutes intellegit, quemadmodum & caro in sacris litteris pro peccato accipitur: atque hoc modo intelligenda sunt verba hec Psalmi tricesimi quarti: *Omnia ossa mea dicunt ibi, Domine quæ simili sunt tibi.* Non loquuntur ossa, sed virtutes ipsæ, quæ Deum deprædicant, quæ

Psal. 81. Tom. 2. Pars Æfina.

illius laudes decantant: tunc vero illa putrescant & mucescant, cum quis ne verbum quidem profert, & loqueland amilis, & similis est Euangelico huic qui simul mutus & surdus.

Beda hunc locum allegorice exponens, per surdum & mutum, quem Christus manus impositione sanavit, genus designari putat humanum, quod Messia manum impidente, in pristinæ valetudinis statum est restitutum. Evidem ut litteræ quam maxime inhæream, illum hic denotatum credo, qui anima surdam habet & muta: surdus quippe ille est, quod cordis auribus diuinam audiare vocem, & diuinæ inspirationes percipere nequeat: mutus vero quos ad orandum non habeat. Simil quoque meminisse vobis, verba illa Surdus & Mutus ambigua in sacra Scriptura est significatio, & tum in bonam, tum in deteriorem partem accipi posse: in bonam quidem, plurimis in lotis,

Ego autem tamquam surdus non audiebam & tamquam mutus non aperiens os suum. Et alibi, *Et factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargitiones:* & *Dixi, custodiā viae meas, ut non delinquam in lingua mea: posuit mihi meo custodiā, cum consisteret pector aduersum me: obmutui & humiliatus sum.* Surdus quippe erat, cum inimicorum se audire simulabat calumnias, cum semel iniurias & convicia æquo animo sustinebat, quando detractionibus de proximo aures occubebat. O surditatem auro redimendam.

In sequiorem vero partem, infinitis etiam locis, *Surdi audite & ceci intuemini*, ait Isaías, *lvi. 42.* & Michæas, *Aures vobrum præde erunt.* Et in *Mich. 7.* Euangeli S. Lucæ, *Lepros mundantur, surdi audiunt, quin & in Marco, Surde & muti spiritus, ego præcipio tibi, Exi ab eo.* O surditatem deplorandum! Haec hodie Dei filius mederi contendit, manum admouet, & plurimos admiscerit titus, quos in secundo iam cognitionis membro latius exponam.

Plurimas hic salvator & totius orbis solitator adhibet ceremonias: primo liquidæ quas Christus turba cum segregat, ut ostendat neminem stus in cuius illum ventre, virtutem amplecti & angustatione surstū sanctæ conuersationis iter possit ingredi, di huius ad qui non mundo egrediatur, & improborum habet.

Dd fugi-

Surdus & mutus cum in malâ tu in bonâ accipitur partem in sacra Scriptura.

Psal. 37.

lvi. 42.

lvi. 7.

fugiat consortia, ut ita ab omni cura & negotiis liber, cum illo in Spiritus tranquillitate & plena animi pace conuersetur & agat.

Ierem. 51. Hinc clamat Ieremias, Fugite de medio Bab-

lont & saluet vnam quisq; animam suam. Deinde digitos auribus inferit, & linguam saliu-

linit, ut honorem reliquias exhibendum ad-

uersus calumnias & blasphemias haereticorum blaterationes, adfruat: vtitur quippe saliu hic & tactu, quod sacra Iesu Christi humanitas, & quidquid ab illa deriuatur, di-

uinitatis illius organum sit, virtutem in se

continens curariam. Tertio oculos in co-

cum subleuar, ut ita demonstraret, vnde nam

anime & corporis sit salus petenda, à Deo sc.

qui in celis residet: quod fecisse etiam se re-

statur Psalmographus: Ad te leuani oculos me-

os, qui habitas in celis: & in alio Psalmo, Le-

uanus oculo meo in montes, unde veniet auxiliu-

michi. Denique ingemiscit & suspirat, ut o-

stendat alterius esse malis condolendum, &

præterim peccatoribus. Ita deplorat Paulus

in felicem inimicorum crucis Christi sor-

tem. Primo igitur:

V. Apprehendit eum turba. Quod profecto

mysterio non vacat: designari liquidè voluit

hic Dominus, nemine vñquam, nisi violen-

ter à mundo Deus abstraheret, eodem eges-

furum. Exemplo erit Loth, qui imminente

Sodomæ excidio, cum ab Angelis, ut cum

vxore & filiab. confessim virbe le proriperet,

estet præmonitus, ne forte vna cum aliis ru-

ina inuolueretur, sanctis neglectis pmoni-

tionibus, vix egredi voluit, ita ut Angeli ma-

nū illius apprehensa inuitum quodammodo

exire compulerint, & vltro eduxerint: Dis-

mulante illo, apprehenderunt manum eius, edu-

xeruntq; eum. Ideo quoq; dicebat in Euang-

elio Dominus, Ni me potest venire ad me nisi

meus mens traxerit eum: quod verbum trax-

erit violentiam quandā designat. Vult etiam

in Canticis sponfa trahi post spōsum, ut cura-

rat in odorem vnguentorū illius, & ipse Dei

Elius in Euangello ait, Ego si semel exaltatus

fuerō, omnia traham ad me ipsum. Postula ig-

tur cum Propheta peccator, & dic, Emite

manum tuam de alto, eripe me, & libera me de

aquis multis.

At quamnam esse rationem putabimus,

quod Dominus surdum hunc curaturus, Cur Domi-
cūm ē turba sequestrari? An non conueni-
tus surdum
entius, & ad maiorē illius gloriam erat, o-
hunc ē tur-
mum in oculis hoc miraculum patrati & bduxerit.
multos illius testes existere? nō modica hic
difficultas est. Sanctus Hieronymus & Be-
da Ven. hanc separationis huius esse causam
innuunt, quod qui à Iesu Christo sanari vo-
lunt, ab hominum se multitūdine debeant
subducere. Bene quidem, verum & allego-
ria hic latitat. Credit siquidem Chrysotomus,
Theophylact. Euthymius, Dominum
ostendere hic voluisse, vanam fugiendam
esse gloriam, & auræ popularis fabrum de-
clinandū. Sibi persuadent alii, ideo factum,
quod plurimos adstantium miraculo con-
spiciendo crederet indignos. Alii vt Maldo-
natus ait, vt surdum hunc curaturus, procul
à tumultu segregatus cum esset preces com-
modius ac quietius effunderet, ut enim ē cō-
sequentibus videare est, oravit priusquam
miraculum ederet.

Hic quoque, ad harum ceremoniarū elu-
cidationem, & miraculi huius splendorem, per equali-
notandum est, non semper æqualiter, Domi-
ter diuinitatem ac potentiam suam decla-
rare: iudicabat quippe, non semper utrum
que expedire aut opus esse: quis non ipsum ostendit
laterer, & causa foret incognita: suscitauit
interdum mortuos & fugauerit dæmones v-
nico verbo, atque ita se reuera Deum esse
demonstrauit: alias tactu, quin & sputo, &
luto aliisque cærimonias adhibuit, poten-
tiam suam modo agendi qui causis naturali-
ter inest, & confuetudini & sensibus homi-
num adaptans. Atque ideo surdum hunc ē
turba segregat.

Adhæc surdum hunc ab aliis sequestrans, Solitudinis
mundi fugam & vitam solitariam suadet.
Hac quippe ratione, per solitudinem, inquam
plurimas peccandi occasiones evitamus, i-
psoq; virtutum penuria est, & vitorum no-
uerca. Vnde in laudem eius bene Caliodo-
rus ait, Nimirum turba vitorum, sine certamine
vincitur, quando solitudo gratia suffragatur. Et
merito. Qui enim solitarius agit, peccata
omnia emori cogit. Nihil enim quod con-
cupiscant tunc oculi vident, nihil inordina-
tum & indecens audiunt aures, nullum, cui
lo-

loquatur, habet lingua. Viuat igitur religiosa
solitudo.

Nocent siquidem hominum contuber-
nia, & praeferim impiorum & mulierum.

Loth quippe nec inter filias tutus fuit, nec a-
2. Reg. 9. pudicorem Ammon, Absolom inter patris
1. Reg. 16. concubinas continere se non potuit, nec Sa-
3. Reg. 11. lomon inter uxores plurimas a periculo im-
munis: cui periculo ut obuiam eatur, suadet
Ecclesiasticus non esse in medio mulierum
commorandum: nam ut de vestimentis pro-
cedit tinea, ita & a muliere iniquitates viri.
Sapiens quoq; eodem collineans ait in Pro-
verbis: *Nunquid porest quis abscondere in sinu
sue ignem, & vestimenta illius non ardeant? aut
ambula super prunas, & non comburentur plan-
te eius?* Porro ignem sinu gestare nec ad-
uri, prunis inambulare, nullum ut laetio-
nis in iis appareat vestigium: est oculos in
mulieres coniicere, nec cupidinis ardorem
in animo sentire: est mulierum interesse
colloquio & earum contubernia frequenta-
re, nec tamen minimam ardoris scintillam
intrinsecus persentiscere: qua profecto si-
ne miraculo fieri nequeunt. Ut enim ignis
obuia queque deuorat, & quidquid illi ac-
cedit, absumit: ita foeminae quo libet acce-
dentes inquinant & depravant. Hinc pro-
cul, hinc igitur noxiæ illæ pestes & conta-
giosa contubernia.

VI. Nocent quippe plurimum rebus spiritua-
libus, & exercitiis animi non mediocre da-
mna noxia mnam inferunt. Templum Salomonis cum
fiant.

exstrueretur, politis lapidibus constructum

est nullusque mallei: etus, nullus securis aut

ferramenti strepitus Ierosolymis audieba-
tur, *Domus autem cum edificaretur, de lapidi-
bus dolatis atque perfidis edificata est, & mal-
leus & securis, & omne ferramentum non sunt
audit a cum edificaretur.* At mox ut perfecta
fuit, & consecrationis dies aduenit, *Nebula
implevit domum Domini, & non poterant sacer-
dores stare & ministrare propter nebulam.* Quo
designatum est, in iis quæ ad opera corpora-
lia spectant & materialibus, vix illum dari
impedimentum aut contractionem posse: at
mox ubi Deo nos dedicare incipimus, ob-
scuras interius nebulas suboriri, quæ pro-
positum disturbant, & quo minus in cœpta

progrediamur via, impedimenta sunt, qua-
les haud dubie sunt prauorten confortia, &
mundi frequentatio: quamobrem si nobis
consultum volemus, ab eodem segregemur,
Deumque obsecremus, ut à mundo nos ab-
strahat.

Deturba seorsum. Sunt enim conuersatio-
nes & contubernia hominum noxia & da-
mnosa. Plutarchus in moralibus rationem
indagat, cur luna, præses illa noctis & secun-
da cœli fax, maculas in vultu circa frontem
præferat, quæ lumini illius ac splendori no-
nihil videntur officere, eiusq; pulchritudi-
nem eunt imminutum, cum in nullo planeta
videantur: ac tandem maculas illas a terræ
humiditate originem sumere afferit, quod
ipsa ceteris sideribus terra sit vicinior. Vnde
manifeste colligere, & euidens hinc argu-
mentum educere possumus, nimis crebram
& assiduam familiaritatem, contemptum
parere & malas societas nequos ac maculas
affricare, & meritorum splendorem extin-
guere. Nihil autem melius ac salutarius, quæ
folum agere, & à tumultu hominum procul
secedere.

Scriptum est in libro Iob: *Interroga volati-
lia cali, & indicabunt tibi.* Hic erubescant filii

Adam, ecce ut prauus affectus ingenium eoru-
offuscarint, & tenebras stuporis mentis offu-
derint, ut ab aliis cœli neesse habeant e-
doceri. Ab illis igitur disce, o homo, ac præ-
fertim ab apibus, & quid disces? solent hæ-
seuiente hyeme & ventorū, pcellis, & cœlo
pluvio, regitudinis suæ & mollitiei con-
sciae, in fauis & alueariis delitescere: quæ ve-
ro certa aluearia ac receptacula non habent,
eauernas & loca subterranea subire: metuē-
tes scilicet, ne si foras prodeant, vento aliorum
abripiantur, vel in imbris frequetioribus
suffocetur. Ne sis igitur, homo, bestio-
lis hisce inceptor, noli ab apibus te superari,
fragilitatem agnosce, fuge tempestates &
procellas, quæ aduersus vitam spiritualem
insurgunt: angulum tibi quære, in quo ab
hominum societate sequestratus tranquille
& quiete vitam possis traducere, & veram
securamq; quietem vivere. Hinc de corda-
to ac prudente Viro scriptum est: *Et erit vir
sicut qui absconditur à vento, & celat se à tem-*

Iob. 12.

Apum præ-
dencia.

Isai. 32.

D d 2 pestate.

pestate. Qui igitur apticari gestit, & à noxiis ventis immunis viuere, qui tempates deinde vult euitare, mundo egrediarur.

Matt. 13. le Euangelicus est, in quo inter paucas boni semini spicas, tamen noxia pullulant zizania: est quoque clima illud Sodomiticum & Gomorrahum, in quo inter pravorum myriades vix unum reperire erat iustum, est regnum

Gen. 8. Babylonis, in quo omnes omnino mortales ad sonitum fistulae & lambicae peccati idolū adorant: denique locus est, in quo infiniti inferaces surculi, mille inquam tentationes, mille peccandi occasionses succrescent: quas

Simile. ut euites mundum vita. Si quis iuratum habeat inimicum non illum modo metuit ac formidat, sed & omnes illius socios, fautores, affecas, & quotquot eius partibus adherent: ita quoque non peccatum modo fugendum est, sed & omnes peccati occasionses quae illius partes sequuntur, & in nomen eius Sacramentum praesertim. Hinc bene Ecclesiasticus ait: *Qui timet Deum, nihil negligit,* sed omnia timeret, & nihil tutum credit, atque a mundo se penitus segregat.

Ecccl. 7. Pracepit olim Abrahā Deus, ut ē terra sua recederet, parentibus valdiceret, domum paternam desereret, & aliud clima & terram incognitā ingredieretur. Si vero emigratio-
nis huius cauam Patriarcha postulasit, respondet haud dubie Deus: *Eo quod terra tua, id est, Chaldaea, in qua modo habitas, sciat idolatria: plurimi sunt ibi impi & scelerati, virtus exulat, peccatum vero dominatur, adeo ut inter illos viuere periculum sit, noxiū, & difficile, nulla igitur hic salus speranda.* Idem omnino de mundo dictum est: est scilicet terra Chaldaea, ubi nec ipsi Abrahā, securi sunt. Egrediarum namque oportet, qui in secuitate & quiete viuere desiderat.

Deturba seorsum. Fieri non potest: ut quis egrediatur per regiones obambulans, & pedes non laetatur: ita quoque difficile est, in publicum prodire, & cum mundo agere & conuersari, sine ullo affectuum, qui sunt pedes animae, inquinamero. Hoc spectabat in Canticis Sapientis illa sponsa, quando dilecto ad ostium pulsanti: *Expolauit me tunica mea, quo-*

*modo induar illa? laui pedes meos, quomodo in-
guinabo illos?* Hæc allegorice in tuam utili Allegoria
tacē conuerte anima, ac dicio: cum amante insignis,
illa sponsa, quando ille mundi amor ostium
cordis pulsat. Expolauit me monde ambitio-
ne & superbia: quomodo ergo me eandem de-
nuo vis induere? votū feci paupertatis: quo-
modo ad diuitias aspirem, & opibus inhiem:
lani, purgauit & mūdaui desideria & affectus
meos: quoniam me eodem vanitatibus &
ineptiis tuis vis maculare? tam suauiter ac
quiere in regio solitudinis lectulo requiesco
quoniam igitur resurgam, quomodo iucū-
dissem monasterii quietem deserā, mun-
dum ingressurus, negotiis me secularibus in-
volumen? Hinc dices cosmophile, mundo
non nimis cōfidere, illius societatem, infidam
credere, sed eandem ut suspectam, metuere.
Gen. 19. Loth sanctus erat & iustus, quamdiu cum
Abraham agebat, sed cum Sodomis cum
ageret, impiis illis & sceleris natura corru-
ptoribus, omnis illius familia euerla perdi-
taque fuit, illius vxor immorigera in sal-
statum conuersa est, & filiæ in celatum ad-
misere. Illa sunt scilicet pericula societatis pā-
triarum & casus in mundo obuii. Beatus igitur
qui eodens egressus est, & procul à negotiis
secularibus in solitudine viuit.

De iubata seorsum. Noua hic iterum myste-
ria: hac fortasse ceremonia Iesus est Salvator,
ut demonstraret opera Dei non esse mundo
patefacienda, mysteria non publicanda, non
dignitatem & splendorem rerum sacrarum
profanandū. In huīs rei signum, eu. a Pro-
pheta Elia susnamitidis filium ad vitam
reuocale veller, cubiculum ingressus, in quo
exanimis collocatus erat, ianuam occulit,
ne quis rei conscius foret: *Ingressus clausus 4. Reg. 4.*
stium super se & super puerum, & oravit ad Do-
mum. Ipse quoque Redemptor Christus, Ar-
chisynagogi filii refuscaturus, omnes aula
prius egredi iussit quam rei aggredieretur:
*Et cum eueda esset tua, ait Matthæus, invra-
rit & tenuit manum eius, & dixit: Puer, surge.* *Matth. 9.*
Omnes autem hæc ceremonia adhibita sunt,
ut hinc evidens fiat, mysteria celanda, & ho-
minum cognitione abscondenda esse.

Quod nec ipsos Bellicos latuit & natio-
nes barbaras; nam refert Augustum Cæsa-
rem

rem Dio Nicæus cum videret libros Sibyllinos, in quibus omnis sacrificiorum & diuini cultus ratio tradita, semilacros & prævetustate detritos, Pontificibus maximis præcepit, ut eosdem sua manu denuo describeret, ne quis profanus eosdem describendo legeret: Nolebat scilicet sancta & arcana in vulgo spargi, & omnibus patescere.

Lib. I. c. 1. Tanta Tarquinii superbit, referente Valerio, erga sacra & arcanorum mysteria pictas fuit ac reverentia, ut Tullium Duum virum, cui commissum erat volumen, in quo ceremonia & ritus sacerdotum continebantur, quod ipsum Petronio Sabino, quia iam prævetustate litteræ propemodum fugeret, transcribendum dedisset, velut grauissimi criminis reum culleo insutum viuum in Tiberim deucci mandauit; quod supplicium solis parcidis deinde fuit irrogatum. Ita scilicet mysteriorum studiosus erat rex, ut morte dignos iudicaret illos, qui eadem profanabat, & ut ritus quosdam communes eadem habebant.

Lib. I. Strom. Refert in Stromatis Clemens Alexandrinus, Ägyptios templorum ianuis sphynxes superimponere consueisse, denotare volentes, Dei & mysteriorum cognitionem a nigrificam esse, & perobscuram omniaque silentii nuolucris esse iniquaenda. An non eandem Dei nostri mentem fuisse putabis cum ante sancta sacerdotum velum expandi iussit, & tabernaculum ipsum obtagi cor-

Exod. 26. tinus? Quid denotat velum illud expan-
Levit. 16. sum, & cortina illa templi, qua visus arcano-
Num. 4. rum prohibebatur? aliud mil, quam sacro-
sancta mysteria vulgo non esse parefacien-
da, ita ut ne videat quidem, nedium eadem
intelligat.

Magnū Ecclesiæ lumen Augustinus huic opinione accedens scribit in libris de ciuitate Dei, olim nefas fuisse sacris & mysteriis Eleusinianis, quæ Cecropi & Proterpinie fiebant, nullos profanos nec initiatos interesse: sed sacrificulos priusquam sacra peragarent. Plutarch. in inclamare solitos, procul binc, procul este profani Atque ideo Alcibiades magnus ille Atheniensium duxit, quod facias Ceteris vero initiatos interfuerit, accusatus est ac nonnisi post plurimos labores ac difficultates ab-

solutus. Addit insuper Rhodigin. ideo quo- *Antiq. I. 7.*
que lege Athenis cautum fuisse, ne quis ex- *lib. 16. c. 9.*
ternus & profanus Eleusinia celebraret. Omnia porro hoc referri queunt, non esse scilicet mysteria propalanda, idque Christi exemplo, quis surdum hunc & mutum curaturus, tantumque miraculum editurus, de turba illum apprehendit, nec homines illius miraculi consciens esse vult.

At vero ceremonia hæc Christo non sufficiebat, sed addere visum ei est & alias, nec minus admirabiles: nam postquam cum de turba sequestrasset, *Misit digitos suos in auriculas eius.* Per digitos illos sacros in S. litteris intelligi solent Spiritus S. charismata, qui p inde etiam Dei digitus appellatur. Hinc Ecclesia canit: *Dixit e Dei tu digitus;* & sane ea ipsa verba Luce, *Si in digito Dei estatio damonias;* *Luc. II.* alius Euangeliista sic scriptit, *Si in Spiritu eius estatio damonias.* Ceterum Spir. S. est ille Dei digitus, qui surdos & mutos curat, qd Spiritui S. peccatoris iustificatio, qua nullum opus haberi potest maius, ut & ipsam mundi creationem teste D. August. & D. Thoma, longe antecellat, adscribatur: in hanc n. sola Dei sufficiat voluntas, illuc vero & ipsam peccatoris voluntatem necesse est concutere.

Igitur per sacros illos digitos, dona Spiritus sancti derotari certum est: atque ita interpretatur Magnus Gregorius, dicens: *Quid per digitos Redemptoris, nisi dona spiritus Homil. 10. in sancti desigantur.* *Ezech.*

Quia etiam per pretiosos illos digitos virtus miraculorum operatrix poterit deotari: quod vel melius intelligatur, sciendum est, Iesum Christum saepè in Scriptura manus nomine nuncupari, quod per ipsum velut per manum quādam in cuncta Pater omnipotens operetur & producat: ita Origenes in Numeros, & Hieronymus in Ezechiel. Hoc dixisse sensu credendus est verba illa Psalmographus: *Emitte manum tuam de alto,*
& libera me aquis & ultis. Cyrillus autem Lib. 15. de in-

ait, manum illam Moysis, quæ in finu delite- *carn. virgin.*
scens munda erat, & foras prolatæ lepram Christus præferebat, veram fuisse Iesu Christi imaginem. In hac porro manu Patres quinque citur in S. notant digitos: primus vel si libet ultimus, Scriptura id est, minimus, illius humilitatem & obedientiam.

entiam denotat: secundus, qui medicus est, clementiam & misericordiam, qua peccatores sanabat: hunc quippe medici adhibent in pulsu venae dignoscendo, nam ut nam habet quæ ad cor usque pertingit: terius, qui medius est & longissimus, miraculorum operationem: quartus autem, qui & Index, prudentiam: per hanc enim viam salutis demonstrat, & verum ad beatitudinem iter: quintus deniq; id est, pollex: qui omnium fortissimus, mortem & passionem eius significat: hos autem quinque digitos hodie auriculis surdi inseruit, ut hac ei ratione auditum restituueret.

Tangit Do- *Misit digitos suos in auriculæ eius.* Digitos min^m manu scilicet auribus indidit: & linguae eius salvia surdum uam affricuit, ut ostenderet, ait Euthymius, hunc, ut omnes corporis sui partes propter unionem corporis sui diuinitatis, salutares esse, & infinita virtutis virtutem o- & efficaciam, eo q solo attactu omne morbo stenderet. Idem quoque dicit Theophylact. & Maldonatus, & alii. Equidem addo, non suffecisse Domino, hunc à turba segregare, digitos auribus inserere, linguam saliuam perlinere, nisi & oculos in cœlum sustolleret, atque ita imo de pectore ingemiceret.

IIX. *Suspiciens in cœlum ingemuit.* Gemitus hic immensi doloris est argumentum, quem solus ille poterit cognoscere & penitus perspicere, qui Christi amorem & charitatem perspectam habuerit. Constat quippe dolorem ex amore manare, & quo rei amissæ amor maior est, eo dolor vehementior & maior; q vehemens autem & immensus fuit Christi erga animas amor? verbis hic quidem exprimi nequit, at eius incarnatione, nativitas, vita, mors, passio, aliaq; quæ subiit tormentorum genera, locupletissimi restes sunt. Cum igitur amor doloris causa sit, & Christi erga animas amor fuerit immensus & infinitus: quam grauem & acerbum illi fuisse dolorem ex animarum ruina prouenientem credendum est?

Solus Deus Adhuc profundus ille gemitus, quem imo peccati gra- peccatore Iesus emittebat, a peccato originem uitatē & ma trahebat: cumq; peccatum malitia cuiusdam litiā, potest infinitè sit suspicio illa, animam eius extremo agnoscere. intrinsecus dolore consci testabantur: at

dolore, quem solus ipse noverat, vt q & so- lus peccati malitiam potis est cōprehendere: neque enim homines, aut Angeli, neve ipsa gloriosi Deipara ipsam peccati nequiriam & grauitatem penitus comprehendere queunt: cum enim homo per peccatum mortale Deum, bonum, inquam, incomprehensibile amittat, hinc est, quod nemo mortalium rei illius quæ sumnum amittitur bonum, malitiam possit comprehendere. Necesse siquidē est malum illud incomprehensibile esse, q bono priuet incomprehensibili. Solus igitur Deus est, qui se ipsum plene capit, ac proinde virtutem etiam & peccati turpitudinem ac peruersitatem: quamobrem nemini mirum videatur, si medicus gemat & suspirat qui solus morbi grauitatem habet perspectam.

Suspiciens in cœlum ingemuit. Altera suspiriæ Altera- huius causa fuit, quod peccatoris miseriam mitiū Chi- & calamitatem cognoscet, qua non modo sit ratio. Deum, sumnum illud bonum amittit, sed eundem ex amico inimicum reddit capitalissimum: adeo qui paterno cum prius amore complectebatur, & varia in eum gratiarum munera effuderat: admisso delicto, mox eū ut inimicum p̄sequatur, & in periculis deserat, ac variis calibis eundem reddat obnoxium. Quam calamitatem & miseriam scire depingit Psalmographus, dicens: *Oculi Do- psal. 31. mini super tuos, & aures eius in preces eorum,* & cultus autem Domini super facientes mala, & perdat de terra memoriam eorum. Innuere vult Deum se piis amicum, impiis vero ostendere inimicum, patrem bonis, fœlestis iudicem: illos protegere, hos autem persecuti. O rem deplorandam! ô casum lacrymis ac suspiriis dignum! quam funestum ac graue est Dei inimicum esse!

Jacob Patriarcha cum cerneret Labani socii amicitiam & fauore, in immortale esse odium conuersa, faciemq; illius tristitia cominari, quæ mille ei olim gaudia pepererat, aelcio qua tristitia & moerore affectus inquietus vixit, adeo ut patria repeteret, & Labani ædes deserere decreuerit, atq; hac prius oratione vxores cōpellauit, *Vide facie patris vestri, quod nō sit erga me sicut heri & nudus tenuit.* Perinde ac si dixisset, nequeo diutius carissimæ cōiuges hac in regione cōmorari, in qua

qua sacerdotum, qui haec tenus tam amice me fecerit, inimicum experior. Eheu! peccator cum Deum iratum, cum Patrem illum clementem, q̄ tot tantaque benevolentia argументa in te ostendit, qui pro te nasci, in mundo agere, in cruce pro te mori voluit, inimicum iam redditum vides, & iratos tibi oculos ostendere: quomodo vivere poteris: ecq̄ tibi dari poteris quies aut animae tranquillitas?

Gen. 4. Particida Cain cum grauissimi & atrocissimi criminis reus diuina gratia excidisset, eumque iam non clementem, sed iudicem severissimum experietur, & vindicem illam iustitiae manum in se saeuentem sentiret, spirans & lachrymans dicebat: *Ecce eucus meus bodie à facie terra, & à facie tua abscondar, & ero vagus & profugus in terra: omnis, qui inuenierit me, occidet me.* Eadem tua fors est; peccator, eadem calamitas, quæ Caini, nam que commisisti crimina, Deum tibi infensum redunt, & illius indignationes provocant; gratia illius excidisti, & velut profugus & ab omnibus derelictus, omnibus fortuna casibus. & infortuniis viuis obnoxius, adeo ut verendum sit, ne omnis qui te inuenierit, occisorus sit. Et sane ita se res haber: anima enim è qua recessit Deus, omnes in se creaturas excitat & armat. Expressit id scire Psalmographus cum diceret re ipsa expertus, *Quia dixerunt inimici mei mali; & qui custodiebant animam meam, confilium fecerunt in unum.* Quamdiu, inquit, in peccati statu mansi, à te recedens desertus, gratia tua quoque priuatus; quotidie in necem meam inimici coniurantes insurrexerunt, dicentes, *Deus derelinquet eum: persequimini & comprehendite eum, quia non est qui eripiat.*

2:Reg. 14: Absalom quod paterna se gratia & benevolentia excidisse, & ab illius conspectu se remotū cerneret, tantum intrinsecus dolor concepit, vt vitâ morte amariorē duceret, & celeri letō tristes vitæ dies maller præcire, atq; deo dicebat Iobao lachrymas, *Observo ergo, ut vidua faciem regis, quod si memor eius iniquitatu mea interficiat me.* Hoc cogites velim, in felix peccator, & perpende si Absalon indignationē & iram Patris & regis sustinete non poteris; quo tu modo feres odia & mortales inimicities Dei tui & Patris: quomodo

sub onere tanti furoris non fatiges? Quare deploranda est, illius te amicitia excidisse & inimicum implacabile tibi illum reddidisse.

Annon graue Amano Purpurato fuit, videlicet regem Alluerum, cuius quondam delicium & amicus integerimus fuerat, & a quo tot honores & beneficia & benevolentia argumenta receperat infestū sibi redditum, & indignantē in necē suam cōspirare; donec in crucem egisset, *Suspensus est itaque Aman in patibulo quod paraverat Mardochao, & regis traquient.* Tantopere autem misellus hic regis indignationē meruebat, vt auditio regem & reginā sibi infestos redditos, timore sit quodammodo exanimatus, & ad tam tristem ac funestū nuntium expalluerit, *Dixitq; Eli; er, Hostia & inimicus noster pessimus est Aman: quod ille audierit, illico obstupuit, & ultum regis ac regina ferre non sustinens.* Mihi tuum, infelix peccator, infortunium est, dum regem regū a quo plurima benevolentia & amoris argumenta tibi demonstrata, à quo tot tantaque gratiarū recipisti charismata; in te cernis commotum & indignantem, in ruinam ac perniciem tuam conspirantē, damnationiq; perpetuae addicente? An non igitur te dolentem & gementem quod gratia illius excideris, rōto contremiscere corpore par est, dum audis, summum illum regem tibi aduersarium, reginam Angelorum iratam, angelicos deniq; ordines tibi infestos? Hic facies in diueria mutanda; hic pallor induendus, hic gemendum, hic trahenda suspiria; at cum hoc ipse pro rei grauitate facere nequeas, vt qui delicti peruersitatem non agnoscas; ipse Christus, qui te melius tua nouit infortunia, hodie vt vides suspirat, *Et suspiciens in cælum ingemuit.*

Tertio Christus ingemuit, q̄ aperte supplicia & cruciatus, huiusmodi auersionsis, mitus Christi, qua quis ab infinito & incōmutabili bono, st̄ ratio ad fragile mutationē obnoxium se cōuerit, debitos aperte peripiceret. Porro supplicium hoc & pena, iuxta aquilissimas & diuinæ iustitiae leges, necessario infinita est, eo q̄ delictum, quod castigat in Deum, qui infinita est, maiestatis, admisum est: atq; ideo pena æterna est, quod nulla annorum temporisq; duratione metiatur & idcirco à nullo mortali-

lum.

Iuum & creatura aliqua creata nequit comprehendendi, at solus eam nouit spiritus ille in-creatus, Filius Dei unigenitus, qui hodie ge-mitu suo peccati gravitatem malitiamq; de-claravit, cum verbis eandem non posset ex-primere. Nec est quod miretur aliquis, cum ardentem illum salutis humanæ amatorem, dum internis animi oculis peccatorē in de-lictis obstinatum & supplicia illi iam olim decreta in surdo hoc & muto conficit; su-spirantem audit & imo pectore singulten-tem. Docuit nos sū scil. exemplo, propria deplorare mala & calamitatis: simul etiam credendum est, eumdem amorem; qui ali-quādo ad vrbis Hierosolymitanā excidium deplorandum lachrymas oculis illius exci-uit, hodie quoq; dum vider surdum & mu-tum, & peccati gravitatem ac diuinā insti-tiā rigorem attendit, ex intimis cordis pe-netalibus suspiria euocare.

Lxx.19.

Peccatoris
stoliditas.

O stultitiam detestandam! ò stuporem vere bratilem! phrenes in animalium nimis (ahi!) deplorandum! phrenē inquam, qua homo pessimo constitutus loco ridet, iocatur, voluptatibus indulget. O cæcitatem vere cæcam! Filium Dei unigenitum singul-tire, & peccatorem cachinnari; Christum peccatori condolere, eiusque deplorare calamitatem, illum vero nihil penitus cōmo-ueri, ò insensibilitate inauditam! peccatum graue est & ponderosum quā maxime, peccator tamen ipso in humeros sublato non succumbit, nec de oneris conqueritur gra-vitatem. Quod conceptu philosophico con-fuso centro firmabo. Tradit Aristotel. clementia in loco levia sunt. **Voluntas** peccati centrum & centro constituta, grauia nō esse; sed extra ipsum si fuerint, grauissima: homo enim cum in maris est fundo, licet integrum super se habeat oceanum, nullum omnino sentit pondus, sed si extra aquam constituo-vim aliquam imponas, fudat, laborat, & vix eandem sustinere, nedū ferre valet. Hæc omnia considerans Augustin. querit in libr. de natura boni, & lib. de fide ad Petrum, ce-quis p̄p̄tius locus & centru sit peccati, & addit primo, ipsum corpus non esse: lapides enim corpus sunt; ideo tamen peccatum non includunt, nec sensus: bestie siquidem sen-tiunt, at non peccant, nec etiam intellectum

sed solam peruersam voluntatem; in qua cum peccatum constitutum in loco, veluti pro-prio & naturali, ac centro est, atq; hic nullā gravitatem aut pondus habet. At vbi volun-tas hæc imitari coepit, & bona esse desiderat, tunc peccatum extra centrum constitutum graue esse incipit, & ita graue, vt sub onere patiens peccator lachrymas excludet, & su-spiret. Ita David quando in peccato habuit, leuior fuit pluma, quod depravatam volun-tatem habere, & in centro suo peccatum ha-beret: at mox vt ad Deū se conuerit, tā graue illi videbatur, vt sub pondere ingemiscat & exclamat, sic uox graue, gauia sunt su-per me: & mox, afflictus & humiliatus sum ni-mus, & rugieba à gemitu cordis mei. Et sane ad-eo graue id ipsum Dei filius estimat, vt suspi-rate nō vereatur, sufficiens in calum ingemuit.

Viditis ceremonias, iam videte miracu-lum. Postquam igitur magnus ille medicus aures & linguam tetigisset, ecce subito aures illius aperte & linguam soluta, ac perfecte ma-gna omnium admiratione loqui coepit, o-minibus laudes & merita magni illius Aesculapii depraedando, acclamantibus, Bene-o-mnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos l. qui. Est hæc Euangeliī presentis conclusio, simul & concionis hodiernæ.

Hinc igitur discite Christiani, fidem alie-nam posse interdu proximo p̄fesse ad cor-poris sanitatem obtinendā, Centurio namq; viua Christum orās fide seruo sanitatem re-cuperauit, & filiæ mulier Cananæa; discite, illam ad fidem qua saluemur impetrandam etiam non mediocriter conduceret, an non enim Stephani Protomartyris fides, Paulum Ecclesiā adiunxit: n̄ si enim, vt canit Ecclesia Stephani orasset. Ecclesia Paulum non haberet, an non Monicæ fides, Augustini fidelem ef-fecit? adeo vt diceret Ambros. Impossibile est, Aug. form. 1. vt filius tanarum lachrymarum peeat. Discit & a. dis. eadem opera, ceremonias, quas hic à Chri-sto videtis usurpari, in baptismate nostro et-iamnum seruari. Discite denique ē miraculi huius splendore, Messiam vere in mundum venisse, talia namq; de eo pdixere Prophete, Tunc ait Isaias, aperientur oculi cœcorū, & aurā surdorū patebunt. Et apud Sapientē legere est: Iai. 36. Sapientia aperuit os mutorū, & linguas infantū fecit

fecit disertat. & dicite cum aliis Christo applaudentibus, Bene omnia fecit: Et surdos fecit audire & mutos loqui.

Ceterum ô Saluator mundi, vere rum animarum tum corporum medice, mirabilium patrator, qui tot in mundo ægris sanitatem: sed non sine miraculo, & præter communem naturæ ordinem, reddidisti: paralyticum scilicet seruo centurionis abstulisti, haemorrhoidæ luxum statisti, cæco nato oculos restituisti, & hodie auditum & loquaciam surdo & muto reddidisti: hæc eadem hodie miracula etiam necessaria sunt. Nunquam enim tor surdos, tot vidimus mutos, neue tot unquam cæcos. Is quidem, quem hic curas, non nisi corporalibus auribus surdus erat, at hi spiritualibus & internis. Et quales, Deus bone! surdi? qui de te loquètes ne audire quidem sustinēt, de rebus sanctis institutos sermones repudiant, deniq; diuinis inspiracionibus anima & cor occludunt. Quot etiam mutos reperiemus, lingua carentes, qua te inuocent: ore, quo te laudent ac glorificant: loquela, qua delicta confiteantur. Tu vero aures & linguam illis tange, auditum & loquaciam restitue, ut præconia tua & laudes deprendantes, & verba audientes, salutem tandem consequantur, atq; ad sempiternam felicitatem vitamque perpetuam pertingere mereantur, ad quam nos omnes deducat Pater & Filius & Spiritus S. Amen.

DOMINICA DVODECIMA POST PENTECOST.

Partitio.

- I. *De gratia iustificante, quanam sufficiens?*
- II. *De politiciis multa callentibus, sed rerum sa- luis ignaris.*
- III. *Scientia virtutem esse iungendam, alioquin esse nullam.*
- IV. *De dilectione Dei ex toto corde.*
- V. *Delapso in latrones.*
- VI. *De sacerdote & Samaritano.*

*Homo quidam descendebat ab Hierusalē in Iericho & incidit in latrones. Luc. 10.
Tom. 2. Pars Aestiva.*

HEBRAORUM Regum phœnix David insignem pfecto in proximum amorem & affectum ostendit, cum insidens equo, quadringentis militibus stipatus, vt Siceleg vrbis in tribu Simeon haud procul à torre Bozor, in extremis Palæstine finibus sita incensores persequeretur: in misellū quendam Ægyptum incidit Amalecīta se uū, ægrum & lemanimem: cuius diligentem, quamvis fore alienigena, haberi rationem iuistit. Similem haud dubie amorem Samaritanus sub parabola quadam hoc in Euangeliō demonstrat. Hic enim cum in deserto in fauciatum incidisset, qui Ierosolymis in Iericho descēdēs inciderat in latrones, qui despoliato plurimas inflixerūt plagas, & extremū trahente spiritū dereliquerunt: misericordia motus, equo descendit, vulnera alligavit, eiusque in diuersorū deducti in agnam haberi rationem iussit, & si quid erogatum foret, grato animo reddidit. Sapit hoc charitatem proximi & dilectionem Christianam & hic finis est quem parabola intendit, & Euāgeliī presentis subiectum, quod latius vobis deducere, & egregios in eo ipso conceptus producere constitui, modo Spiritus Paracletus numine suo dicentianuat, ac patrocinū suum Deipara non abnuat. Atque ideo salutatione eam Angelica compellemus, dicentes:

AVE MARIA.

Angelicus Doctor Thomas & S. Bonaventura eadem distinctione articulo 2. quæst. 9. 1. 2. q. IIII. a. naturæ humanæ fragilitatem, peccati mali- 9. q. 2. sent. tiam, & gratiæ vires considerantes firmissime dicit. 2. 8. a. 8. credunt, fieri non posse ut homo quid boni agat; virtutes operetur, si cœlesti ope & diuina gratia non adiuvetur. Veritatis huius fundamenta iecit Aristot. quibus suam opinionem superstruxere Theologi, dicens, *In ma-
gnitudine rerum natura, sicut per se aliiquid, quod potest facere omnia in genere, quod exemplo de motu confirmare licet: quidquid n. mo-
uetur & agitatur, per primum mobile moueri-
certum est, ut idem in Metaphysicis testatur,
nam in mouentibus & motu non est processus in
infinitum sed necesse est venire ad aliquem mo-
rem primum, ait idem in Physicis.*

Ecc

Idi-

1. Metap. lib.
7. Physic.